

Magna sapiētia est nō esse precipitem in agendis. nec p̄tinaciter in p̄p̄is sensibus stare. Ad hanc etiam nō pertinet quibuscumq; hōminū verbū credere. nec audita vel credita morā ad aliorum aures infundere. Cum sapiente et scientioso viro cōsiliū habe. Et quere potius a meliore instrui q̄ tuas adinūctiōnes sequi. Bona vita facit hōminē sapiēte; scdm̄ deum et exptum in multis. Quāto quis in se humilior et deo subiectior tanto in omib⁹ erit sapientior et pacatior.

De lectione sc̄pturay. Ca. v.

Veritas est in scripturis sanctis querenda nō eloquentia. Omnis sc̄pturā sacra ex spū debet legi quo facta est. Querere debem⁹ potius vtilitatem in scripturis q̄ subtilitatem sermonis. Ita libenter deuotos et simplices libros legere debem⁹ sicut altos et p̄fūdōs. Nō te offendat autoritas scribētis vtrumque vel magne litteraturē fuerit: sed amor pure veritatis te trahat ad legendū. Nō queras quis hoc dixerit: sed quid dicat attende. Nomines trāsīūt: sed veritas dñi manet in eis nū sine p̄sōy acceptōe varijs modis loq̄t nob̄ de⁹. Curiositas nr̄a sepe nos impedit in leōne scripturay cū volumus intelligere et discutere vbi

simpliciter esse transcendendum Si vis perfectus
haurire lege humiliter simpliciter et fideliter.
nec unquam velis habere nomen sancte. Interro-
ga libenter et audi tacens verba sanctorum nec
tibi displiceant parole seniorum. sine causa enim
non proferuntur.

De inordinatis affectionibus Capitu. vi.

Vandocumque homo aliquid inordinate
appetit. statim in se inquietus fit. Su-
perbus et avarus nunquam quiescunt.
Pauper et humilis spiritu in multitudine pa-
cis conuersantur. Homo qui necdum in se per-
fecte mortuus est: cito temptatur et vincitur
in paruis et in vilibus rebus. Infirmus in
spiritu et quodammodo ad huc carnalis ad sen-
sibilia inclinatus difficulter se potest a terrenis de-
siderijs a toto abstrahere. Et ideo sepe habet
tristitiam: cum se subtrahit leuiter. Etiam dedigna-
tur si quis ei resistit. Si autem persecutus fue-
rit quod concupiscit: statim ex reatu conscientie gra-
uatur. quia secutus est passionem suam que nihil
iuvat ad pacem quam quesivit. Resistendo igitur
passionibus inuenitur vera pax cordis non autem
seruando eis. Non est ergo pax in corde homi-
nis carnalis. non in homine exterioribus de-
bito: sed in seruido spirituali.